

1673.

1^a, 2^b Gerdinius, Fridericus: De jure revocationis Vom
Offenbarung Recht

1674

1. Pochius, Tractatus Christianus: De jure in alterum

2^a, 6^a, c, d Gerdinius, Fridericus: De enumeratis seu abstag-
m abibus jure. 4 Suppl. 1674, 1708, 1714, 1735

3. Gerdinius, Fridericus: De jure precedentiae

4^a, 6^a, c Gerdinius, Fridericus: De pace domestica.

3 Suppl. 1674, 1704, 1740

5 Helwigius, Christianus: De vulneribus


1678.

1^a, 6^a, c. Mascovius, Petrus: De clauore violentiae

unter Zetter - Geschrey. 3 Suppl. 1678, 1714, 1740

1679.

Mascovius, Petrus: De incendio.







10
DISSERTATIO INAUGURALIS

De

1674, 4^a AA
Pace Domestica,

QVAM

D. T. O. M. A.

Ex Decreto & Autoritate Magnifici & Amplissimi
Jctorum Ordinis in inelyta Academia Gryphica,

P R Æ S I D E

VIRO NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO

DN. FRIDERICO GERDESIO,

J. U. D. Pandectarum & Codicis Profefs. Ordinario,

Consistorii Regii per Pomeraniam Assessore Gra-
vissimo, & Facultatis Juridicæ h. t. DECANO

SPECTABILI,

Patrono ac Promotore suo omni observantiæ
genere colendo,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores, Insi-
gnia ac Privilegia Doctoralia ritè consequendi,

Publicæ disquisitioni & censura submittit

JOHANNES ADOLPHUS HOELTICH,

Saxo Lauenb.

ad diem VIII. Julii horis locoq; solitis.


GRYPHISWALDIÆ

Typis MATTHÆI DOISCHERI, Acad. Reg. Typogr. Anno 1674.



DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
PACE DOMESTICA.

CAPUT I.
De Securitate in genere.



Arum equidem mirari subit,
quod de Latrociniis antiquarum
Gentium terrâ mariq; non inglo-
rie (ut sibi videntur) peractis, in-
ter Historiarum monumenta fre-
quentissimè occurrit, apud STRA-
BONEM potissimum *Lib. III. Lib. XI.
L. XIV. L. XVI.* THUCYD. *Lib. 1.
f. 4.* PLUTARCH. *in Cimon. f. 427.*

POLYB. *Lib. III.* JUL. CÆS. *VI de bello Gall. c. 23.* TACIT.
de Morib. German. c. 46. & alios. cum etiam Deos Latroci-
niorum Præsides sibi constituerint, Jovem *ληίστορα, λαφύ-
στον*, Prædatorem. Minervam *ληϊλόα*, Mercurium *ληϊσηρα*,
SERV. *ad III. Æneid f. 304.* Et, ut solet Religio à sensu ma-
gis vulgi incrementum sumere, Martem sanguinarium
introduxerint, (primigenium Orci furorem) à quo *Virtus*
ipsa denominata fuit aliquantisper (ἀρετή, ἀρετή & ἀρετή)
quasi bonitas, virtus, Justitia penderet à Martis robore, verba sunt
Dn. THOMASII *in disp. de Latr. G. in G. §. 44.* Quod ex eo or-
tum judicat incomparabilis GROTIUS *de J. B. & P. c. 15. §. 5.*
*quod Regula illa Juris Naturalis, cognationē inter homines quandā es-
se à Natura, ac proinde nefas esse alterum ab altero ladi, (v. l. 3. de
J. & J.) ut olim ante diluvium, ita rursus aliquo post diluvium
tempore malis moribus esset oblitterata, ita ut latrocinari & præ-
das agere in externos nullo bello indicto, pro licito haberetur: quod*

Σκορπιόν vocat Epiphanius. Hinc illa apud Homerum, an *Prædones* estis? amica interrogatio, cuius & Thucydides meminit, & in Solonis lege veteri collegia *Ἰπὶ λείων ἐπὶ χορδῶν*: quippe, ut Justinus ait, ad Tarquinii tempora latrocinium maris gloria habebatur: (add. Supplem. Histor. Rom. ex §. 7. seq.) Et illud in Romano jure, ut si cum Gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque fœdus amicitie causa factum habeatur, hi hostes quidem non sint: quod autem ex Romano ad eos pervenerat, illorum fiat, & liber homo Romanus ab eis captus servus fiat. Idemq; sit, si quis inde ad Romanos perveniat: & hoc quoque casu *Postliminium* detur. Quæ ultima sunt *POMPONII* in l. 5. §. 2. de captiv. & *postlim. revers.* add. *PAULUM* in l. 19. pr. ibi: aut etiam circa bellum. eod.

II. Enimverò turbulentius lego apud *BODINUM* Lib. 3. de Republ. p. 328. Nec tantum Plato ejusq; discipulus *Aristoteles* Latrocinium inter venationis genera posuerunt: sed etiam legibus Solonis latrocinandi causa societatem jure contrahi potuisse planum fit. Quod de prioribus simpliciter asserit *Bodinus*, plenius exponit *Dn. THOMASIVS* alleg. disp. th. 34. Ac Plato quidem, dum Sophisticæ definitionem divisa methodo investigat [puta in *Sophista* f. 157.] artiumq; ambitu non bonas tantum, sed & malas, ut Tyrannicam, adulatoriam, ac similes complectitur, satis apertè ostendit, nullo se justè eas injustè discrimine censere voluisse. Ad quem modum Cicero quoque pro *Sex-tio* retulit, ita rerum Naturam tulisse, ut quodam tempore homines nondum neque naturali neque civili jure descripto, fusi & dispersi vagarentur, tantumq; haberent, quantum manu & viribus per cædem & vulnera, aut eripere aut retinere potuissent, & c. De *Aristotele* autem subjungit §. 35. Idem de *Aristotele* affirmare difficile est, quem perplexum hic nobis Interpretumq; ac Censuram disidiis obnoxium, sive tot lacuna textuumq; luxationes, sive sensuum ipsorum pariter ac

ac styli luxuries facit. Hoc liquidò constat, venationem illam hominum, qui servitiis à natura destinati, ea detrectent, ceu justam proposuisse. 1. Pol. 5. Quo eodem principio Sepulveda & alii Invasores Indiarum magna mala illis Gentibus contraxerunt.

III. Superest de Solone, contra quem probat Bodinus ex l. ult. D. de Colleg. & corporib. ubi G A J U S noster hanc Solonis Legem retulit: Si autem Plebs, vel fratres, vel sacrorum sacramentales, vel nauæ, vel confrumentales, vel qui in eodem sepulchro sepeliuntur, vel sodales, qui & multum simul habitantes sunt; Enimvero ad Negotiationem, aut quid aliud: quicquid hi disponant ad indicem, firmum sit, nisi hoc publicæ leges prohibuerint. ἢ Ἰπὶ λείαν ὀρχόιδμοι est in vetustis editionibus, & redditur: qui & multum simul habitantes sunt. W O L D E N B E R G I U S in suis LL. Solonis fol. 27. non sine confusione variæ Lecturæ explicat per societatem coëmendorum pecorum. J A C O B U S C U J A C I U S verò ex Basilicis restituit ἢ Ἰπὶ λείαν ἑρχόιδμοι lib. 7. obs. 30. quod retinuit Grotius supra d. l. B O D I N U S Ἰπὶ λείαν ὀρχόιδμοι, qui latrocinandi causa societatem contraherent. Quod Latinus Interpres cum absurdum putaret, aliò detorsit, puta ad societatem coëmendorum pecorum; λεία enim pecudes etiam significare notant Lexica. Sed quid aliud est Ἰπὶ λείαν ὀρχόιδμοι, quàm prædari? & λεία quid, nisi ἐκ τῶν πλεμίων λάφυρα. In consensu quàm maximè Historico, pro quo audivimus Thucydidem supra d. l. & P L U T A R C H U M in Theseo fol. 3. Novissimè S A L M A S I U S lib. 1. de Usur. c. 12. & in Miscellan. defens. cap. 4. pro Ἰπὶ λείαν scripsit ἢ εἰς καπηλείας, sed temerè, judicante Dn. W I S S E N B A C H. vol. 2. Disp. ad D. 32, §. 13. p. 376.

IV. In eo autem desino mirari super tenebris Gentilium, quod in luce Evangelii meridiana T H. H O B B E S I U M scripsisse invenio: Statum Naturæ meræ bellum

esse omnium contra omnes in *Prefat. Element. de Civ. tum.*
Cap. 1. n. 12. & cap. V. n. 2. ubi addit: *Idq; priscis temporibus vi-*
ta institutum, & quasi Oeconomia quaedam erat, quam vocabant λη-
σπικην, Rapto videre; quæ neque contra Legem Natura erat, rebus
sic stantibus, neque sine gloria illorum, qui eam fortiter nec crudeli-
ter exercebant. Mos erat illis, cetera rapientibus, & vitæ parcere &
à bubus Aratoribus, omniq; instrumento Agricultura abstinere. Quod
tamen non ita est accipiendum, tanquam ad id adstringerentur
lege Natura, sed quod gloriae suæ consulere, & ne nimia crudeli-
tate, metus arguerentur. Omnia adscripsi, ut cognoscas, quàm
dato uno absurdo, in multa irruerit homo, quæ nec pin-
gviore expectes in illis, qui

Veteres ævo mortalia primo

Corpora vulgarunt pluviæ edita fungis.

ap. OVID,
VII. Met.
vs. 395.

Quas nugas crediderunt quoque Stoici apud LACTAN-
TIUM l. VII. *divin. Instit. c. 4.* præterea prostibula fidei no-
stræ notissima Julius Cæsar Vaninus *Dial. 37. arcan. natur.*
Autor Præadamitar. c. VIII.

V. Nos docti meliora scimus, quòd DEUS T.O.M.
ab initio creavit hominem ad imaginem suam, ad imagi-
nem DEI creavit ipsum, Gen. I. adeoq; ad amorem atque
tranquillitatem mutuam Protoplastos statim invitavit,
melliloquio illo suo Gen. III. *Non est bonum esse hominem so-*
lum, faciamus ei adjutorium simile sibi. Quo factò, mutuo
amore ita coarctavit, ut homo adhereret uxori suæ, &
essent duo in carne una, Gen. II. *in fin.* Ex quo oppidò
societati non minùs paternæ quàm maritali constat sua
securitas: Nunquam enim quisquam exoderit carnem
suam. Ut nihil dicam de reverentiâ parentibus debitâ à
liberis, quæ faciat, sanctam ipsis esse personam parentis,
adeoq; inviolabilem. l. I. *de obseq. par. & patr. prest.* Qualis
etiam est persona Dominorum servis in herili societate,
sive

sive qui naturâ tales sunt, quod voluit *Philosophus*, sive per
captivitatem, aliis item modis frequenter bona sua spon-
tè tales sunt effecti, propter utilitatem ubique & salutem
propriam: Quæ ad fidem magis atque amorem mutuum,
quo finiuntur, adstringit, *arg. l. 7. de serv. export.* quàm ut
per tramites ingratitude ad turbandam exspolian-
damq; beatitudinem familiarem incedant; Planè contra
naturam, quæ *omnium dierum causa domum constituit*, *ARIST.*
1. Pol. 2. ut omnes pari industriâ quàm voto ad commune
bonum contendant sedulò! Quæ autem ex pluribus do-
mibus societas prima usus non quotidiani causâ consti-
tuitur, vicinitas est, & ex pluribus vicinitatibus perfici-
tur civitas, *quæ jam summum omnis ferè ejus, quod satis est, ut*
mos loquendi fert, habet, quæ fiat quidem vivendi causâ, sit autem
benè vivendi, dic: Philosopho. 1. Pol. 2. Quod *GROTIUS* ef-
fert nomine tranquillitatis publicæ, in qua & singulorum
comprehenditur. *lib. 1. de J. B. & P. c. 4. §. 4. p. 82. add. l. 5.*
§. 11. de nov. oper. nunciat.

VI. Euge! commune omnibus mortalibus bonum,
pax, quies, securitas, quo sine nullum bonum, quicquid
est, perfectum est. Pone divitias, vitam, pudicitiam,
sanitatem, honores, alia bona esse; uti sunt omninò, vid.
ARIST. lib. 1. Rhetor. c. 5. in fin. p. 619. quibus tamen nulla
inest plenitudo, nulla perfectio, si non cum securitate
possideantur. Plenissimum est illud *EURIPIDIS in Erechtheo:*

Inquirunt, ut audio, Philosophi,

Et multum in hoc absumunt temporis:

Quidnam sit bonum? nec dum ullus invenit, quid sit.

Alius virtutem, alius prudentiam inquit, &

Hæc etiam intricant magis, quàm quid bonum sit.

At rusticus ego, terramq; fodiens,

Nunc bona quæ sint Pacis inveni

Ama-

Amabilis illius & benignissimæ Divæ:
Nuptias, festa, cognatos, liberos, amicos,
Divitias, sanitatem, annonam, vinum, voluptatem
Pax confert: Quod si hæc omnia defecerint,
Perit omnis communiter viventium vita.

Quandoquidem in bello tanquam in vastatione omnium nullæ possessiones sunt sanctæ, authore TULLIO in Catilin. II. cap. 8. Quia omnia illic misera sunt, ubi securitas agendi interrumpitur; adeoq; dum nullus in fortunæ bonis usus inest, in quo posita est ipsorum essentia, si credimus Philosopho 1. Pol. 8. add. PICCOLOMINEUM Grad. VIII. c. 59. p. 749. desinunt esse bona, postquam desinit in rebus securitas. Dum enim rapiuntur homines & rapiunt, dum alter alterius quietem rumpit, dum mutuò sunt miseri, vita est sine fructu, sine voluptate, dic. SENECA de brevitate vite cap. ult.

VII. Quapropter illa ipsa securitas omnem bonorum abundantiam in civitate perficit, tam adversus externas gentes, per foedera, bella, &c. quam inter cives, secundum coercitiones legales, quod utrumque deduxit eleganter DN. ROSENFELD in sua Disp. Inaug. de Jure Securitatis tum inter cives, tum inter gentes. Jenæ 1667. habit: Præterquam quod exemplo poenarum in civitate manifestum est. Quippe quæ moraliter pro emendatione quidem sunt hominum à vitiis, quod præter ARISTOTELEM X. Ethic. c. ult. egregiè docet PAULUS in l. 20. de Poenis. In usu verò civili potissimum obtinent, ut cæteri exemplo poenarum moniti à simili delicto deterreantur, & per hoc Reipubl. & civium securitati consulatur. V. l. 1. C. ad L. Jul. repet. c. non est innoc. XXIII. q. 5. Nov. 21. HENR. ZOES. ad Tit. de poen. n. 23. DN. STRUVE Exerc. Jur. Civil. 1. th. 33. CARPZ. p. 1. qv. 24. n. 9. & qv. 142. n. 4. add. AGELL.

AGELL. *lib. 6. Noct. Attic. c. 14.* BESOLD. *lib. 2. Polit. c. 20. n. 16.* Secundum quod dicitur Reipubl. interesse, ne delicta maneant impunita, in *l. 51. §. fin. D. ad L. Aquil. l. 18. §. 1. D. de Judic.* Quæ regula proinde non cessat in delinquentibus, etiam jam emendatis aut pœnitentibus, quin adhuc vindicta expectetur pro securitate publica. vid. DIDAC. COVARRUV. *lib. 2. var. Resol. c. 10. n. 3.* JUL. CLAR. *lib. 5. Sentent. §. fin. qv. 60. n. 21.* CARPZ. *in Pract. Crim. q. 39. n. 5. f. 233.* Et imò in universum, prout securitas Reip. exigit, delictum omne nunc atrocius, nunc levius punitur; evidenti furtorum exemplo, quibus ultimum supplicium rectè impositum probat HAHNIUS *arg. l. 16. §. 9. de pœn. l. 11. eod.* sola etiam securitatis publicæ causâ, *ad Wesenb. de furt. in fin. p. 695.*

VIII. Quin verò domum nos recipimus? postquam de securitate, quâ domestici in domo gaudent, in præsentî plenius dispicere animus est. Non equidem, quâ inter se, ad invicem sive ab intra; quod post Scriptores Rerum Politicarum imprimis BODINUS *I. de Rep. c. 2. & seqq.* à Nostris etiam tractatur tum ad *Tit. de patr. potest. de privat. carcer. in lib. de Emendat. servorum & propinquo- rum.* tum ad *§. 2. I. de his, qui sui, vel al. jur. sunt. & alibi;* quàm adversus externam sive vim, sive licentiam. Idq; secundum brevem causarum introductionem, ex quibus res omnis perfectè scitur & suppletur. *Tu verò, DOMINE JESU, duc nos in omnem veritatem.*

CAPUT II.

Definitionem Nominis & Rei explicat.

PACIS nomen ab antiquo verbo Pago vel Pango creditur descendere, vid. BECMAN. *in Orig. voc. FABRUM*
B *in The-*

in Thesaur. à Pace autem pactum oritur, secundum ISIDORUM *in c. pactum. de V. S.* quasi pacis actum dixeris cum ZABAR. *in d. c. de V. S.* JOH. MENOCH. *Rubr. de Pact.* lib. 6. ULPIANUS à Pactione derivat *in l. 1. §. 1. de Pact.* Rerum magis ordinem secutus, quam Grammaticorum regulas, quod FRANCISCUS CONNANUS *lib. V. Comment. c. 1. n. 8.* antiquis Jctis non rarò usu venisse scribit. Addit ULPIANUS: *Inde etiam Pacis nomen appellatum;* puta eo sensu, quo Pacti & Pacis nomen idem importare concludunt Dd. teste MATTH. CUNONE *lib. 1. de Pact. c. 2. n. 12.* Aut si vis, ut Concretum ab Abstracto. HENR. ZOE S. *bic. n. 1.* Pax enim omnis pactis sive publicis, sive privatis constituitur, adeoq; iis rectè adnumeratur. GREGOR. LOPEZ. *1. animadv. 7.* WESENB. *in parat. de Pact. n. 4.* Et pacis publicæ stipulationes promissionesq; mutua Seculo hoc pacifero in vulgus notæ sunt. Privatam lex corroborat, quæ est communis sponsio civitatis, ad cujus præscriptum omnes, qui sunt in Republ. vitam instituere debent. *l. 2. D. de LL.*

II. Domestica autem omnia dicuntur à domo: quæ in genere externis omnibus opponuntur in illo Ciceronis: *Ego urbem à domesticis insidiis, & ab intestino scelere defendi,* apud MARIUM NIZOLIUM *in Dictionar. Ciceron. f. 583.* Specialiùs Domestici, qui ex eadem domo sunt & nobiscum habitant; quales sunt uxor, famuli, liberi in potestate constituti, quos Charondas ὁμοσπίτες, (i. e. ex eodem panario, seu ex eadem Apotheca victum sumentes: Nos Convictores appellamus) Epimenides verò Cres ὁμοκέπτες (id est, uno & communi foco s. fumo utentes: dicamus, si placet, Contubernales) appellavit, teste ARISTOT. *1. Pol. 2.* Græca Jurisprudentia ὀικιακὴ vocat, *Eclog. 2. Tit. 1. c. 22.* Latina, familiam s. familiares.

liares. Vid. *l. 195. §. 4. de V. S. l. 11. §. 1. de pœnis. l. 1. C. de e-*
mendat. propinq. TUSCH. *Concl. Pract. vol. 2. Concl. 590.* No-
bis Hausgenossen und Brodlinge. WEHNER. in verb:
Brodlinge. Longè verò aliter domestici sonant in *Rubr.*
C. de domest. & protector. lib. XII. qui sunt milites, protecto-
res corporis, equites & pedites, arg. *l. ult. C. b. t. ubi,* quòd
Principes sequebantur, nec à latere eorum facilè recede-
bant, Præséntales JUSTINIANO dicuntur in *l. ult. C. d. t.*
vid. JACOB. GOTHOFRED. in *Disc. Histor. ad l. 5. C. ad*
L. Jul. Maj. tum in Cod. Theodos. b. t. de domest. Observatur
etiam BRISSONIO in *Lexic. Δομestικὸς μέγας* ex GUILIELMO
TYRIENSI *lib. 2. bell. sacri. c. 5.* qui Megadomesticus aulæ
Constantinopolitanæ comparationem, nî fallor, patitur
cum Majoribus Domus in veteri Francia, de quibus
vid. COCCIUM in *Dagoberto fol. 92.* SLEIDAN. *de IV. Monarch.*
fol. 319. An vis Comites Palatinos in veteri Republ. qua-
les hodièq; sunt Ungariæ, Poloniæ Palatini? In Gallia
les Connestables. Vid. BESOLD. in *Thes. Pract. v. Pfalz*
Graffen. p. 93. vol. 11. Nobis Pax domestica, quòd circa
domum & qui in domo habitant tota occupata sit, ut
mox sequitur.

III. Describi potest Securitas publica, quæ privato
cuique in domo sua adversum externorum injuriam de-
betur. Securitas cum egrediatur etiam terminos civi-
tatis, nedum domus, adversum gentes, aut populos
quoscunque externos, sic satis latam esse puto in loco ge-
neris. Publicam autem dixi, velut Jure publico aut le-
gibus inter cives introductam ac sancitam. Ex quo jam
obligantur, quotquot sunt de Republ. aut esse possunt,
ad ejus observationem atque præstationem sub metu
poenæ transgressoribus præstitutæ; Id quod propriè
debere est in personis privatorum, arg. *l. 11. de V. S. ubi Dd.*

communiter, & novissimè JACOBUS RIGOS à MALLOSCO
n. 5. p. 63. Quamvis enim hi pacem facere non possunt,
quod est Juris publici: possunt tamen facta atque indul-
ta in lege fruisi; Nunc saltem pro Securitate domus.
Quam non intelligo Parentelam aut Cognationem ali-
quam gentilitiam, ein ganzes Geschlecht! in l. ult. de offic. Praes.
quomodo fortè TACITUS: gravis domui Caesarum No-
verca: quod Nostri retinent in illo vulgari: das Haus
Oesterreich / Sachsen / Brandenburg / &c. vid. WEHNER. in
Obs. Pract. v. Haus und Geschlecht. f. 205. Proximiùs per
Metonymiam continentis pro contento illos significat,
qui cohabitant unà, eine ganze Haushaltung! ut C. quantum-
libet. 9. Dist. 47. Potissimùm intelligitur de domo mate-
riali, ut appellatione domus omnis habitatio contineat-
ur. l. 5. §. 2. de Injur. vid. SCHARD. in Lexic. v. hac. SPEIDEL.
Observ. Jurid. Polit. Histor. lit. H. n. 54. f. 576.

IV. Nobis Pax domestica optimè dicitur der Haus-
Frieden, welchen ein jeglicher in seinem Haus und Hofe, das ist,
in seinen vier Pfälen haben soll. Gloss. Germ. 5. lib. 2. LandRecht
art. 66. Pari ferè modo, quo vocamus aliàs den Burg-
Frieden! quoties Statutum fit familiare seu Conventio ju-
rata ad communem conservationem, dignitatem, tran-
quillitatem, pacem atque concordiam alicujus familiae,
vid. WEHNER. in Obs. Pract. V. Burg-Fried. tum in V. Ganz-
Erben. f. 147. SPEIDEL. V. Burg-Fried. ubi continuat: In
quibusdam locis, an Schlössern / Kirchen / Rathhäusern / o-
der andern öffentlichen Plätzen affiguntur signa Pacis, quæ
vulgò Burg-Frieden vocamus, in eum finem, ut paci &
tranquillitati Ecclesiae & bonorum Ecclesiasticorum, ut
& Castrorum meliùs consulatur: Etenim si aliquis inibi
offenditur, vel læditur, offendens amissione manus vel
alià gravi poenâ notatur. Signa, quæ vocat, frequenter
ad

ad modum manus fiunt, unde Pax manualis, *der Hande Friede* sive ad instar crucis, in novis potissimum urbibus apud Veteres moris fuit: & dicitur *St. Peters Friede* / item *Marck Friede*. Legi potest privilegium Ottonis super Magdeburgo concessum sub calce Speculi Saxonici f. 484. SPÉIDEL. in Speculo. V. Fried. f. 374. Sunt enim à nostris aliquantulum remota.

CAPUT III.

De Fundamento Pacis Domesticæ.

I. SI ad causas P. D. pergimus, Fundamentum ejus invenimus tam in natura civilis societatis, quàm in legibus, & , quæ his æquipollent, moribus & inveteratâ consuetudine. l. 32. §. 1. ubi *Dd. de LL.*

II. Civilem societatem omnem securitatis gratiâ institutam Cap. I. jam obtinimus, & nunc denuò eloquatur, qui prætereà in hoc argumento aliquid continuat, H. GROTIUS lib. 1. de J. B. & P. c. 4. §. 2. *Et naturaliter quidem omnes ad arcendam à se injuriam jus habent resistendi, ut supra diximus. Sed civili societate ad tuendam tranquillitatem institutâ, statim civitati jus quoddam majus in nos & nostra nascitur, quatenus ad finem illum id necessarium est. Quin audimus hæc ex ipso Philosopho. Ita ille lib. 5. Pol. c. 10. Regnum in præsidium proborum hominum contra injurias popularium est constitutum, & Rex ipse ex numero proborum virorum creatus est, proptereà quòd virtute aut rerum virtute gestarum magnitudine præstaret, aut propter talis generis excellentiam. &c. Unde MARIUS SALOMINIUS lib. 3. de Principatu scripsit: Nolite existimare à DEO creatum mundum & in eo homines, ut Principum servirent emolumentis: Absurdum quidem est supra quàm dici potest, propter Principes factos*

factos homines opinari. Nam liberos atque equales nos omnes DEUS genuit, Principes solum ad commoda populorum, quò facilius humanam atque civilem societatem innocenter custodirent, multis se beneficiis juvantes, creati sunt. Cujusmodi plura extant apud JACOB. SIMANCAM Pacensem Episcopum lib. III. de Republ. c. 4. f. 46.

III. Jus ergò illud majus, (de quo GROTIUS loquebatur) in cives & ea, quæ sunt civium, ut dirigantur ad commune bonum civitatis, Imperium in universum vocamus, aut summam potestatem in Republ. Majestatem tandem. Quæ si ex intentione constituentium (qui nimirum in unam civitatem coeunt) mensuram accipit æquisimam, sicuti super abdicatione Jurium, quæ singulis competunt pro salute privata tuenda, collatis iisdem in imperantem, enascitur: Ita fidem non facit, ut per minimas partes comprehendat potestatem civium omnino omnem, jam etiam quâ ipsimet indigebant pro securitate Larum suorum, quantumvis pro defensione privatae saltem utilitatis; postquam actus contra intentionem operari non potest. Non magis quàm abdicato à se universaliter vitæ & necis jure in Reges atque dominantes cæteros, civibus decrescit jus privatae defensionis adversum temerarios invasores vitæ fortunarumq; suarum; quippe quos adhuc dum omni jure occidere licet, non expectato impedito nimis Magistratum auxilio post causam vulneratam. Vid. LEONARD. LESSIUM lib. 2. de J. & J. c. 7. dubit. 8. WISSENBACH. vol. 1. disp. 3. ad D. & Dd. communiter in l. 3. de J. & J.

IV. Majestas autem explicata est causa legis: Ut lex secundum causam suam non potuerit jure impedire, quod singulis retentum fuit jus privatae securitatis intra ædes cuique suas. Quam sic in Jure Romano Leges & Inter-

Interpretes frequenter profitentur, quòd domus tutis-
simum cuique refugium sit atque receptaculum, in *l. 18. de in jus vocand.* Et unusquisque domi suæ tutus maneat
atque securus, juxta *l. 1. C. de Prætor. lib. XII.* Quandoqui-
dem *nihil sanctius, nec omni religione munitius*, autore T U L-
L I O pro domo sua, *quàm domus uniuscujusque civium.* Hic
ora sunt, hic foci, hic Diæ penates, hic sacra Religionis ceremonia
continentur, hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi
neminem fas sit. Confirmat *l. 21. de in jus vocand. l. 103. de R. J.*
quòd de domo sua nemo extrahi debet; in quibus causis
deinceps videbimus. Nunc ex *l. 3. §. 1. de A. R. D. tum*
l. un. C. de Thesaur. annoto, quòd nemini jus sit invito Do-
mino in alieno fundo versari; quin prohiberi possit, ne
ingrediatur, injuriarum actione prodicta, adversus con-
temptorem prohibitionis. *§. 12. I. de R. D. l. 13. §. fin. de Injur.*
ubi Dd. plenè. Qualis etiam atrocior competit ex L.
Cornelia ei, cujus domus vi introita fuerit, juxta *l. 5. pr.*
de Injur. l. 23. D. item §. 8. l. eod. Quinimò tum vis illata vi
contraria in continenti liberè repellitur, *arg. l. 3. §. 9. l. 17.*
D. de vi & vi arm. l. 29. §. 1. ad L. Aquil. Er muß gewarten / daß
ihm gar der Weg gewiesen werde / inquit JOH. CHRISTOPH.
LIPOLD. *Discurs. Jurid. de perscrutat. domestic. cap. II. pag. 5.*

V. Paria habet Saxo: Landr. *l. 3. art. 78. summ. 9.* Hauße
Friede soll ein jeder in seinen vier Pfälen und Hause haben / da-
mit er vor männiglichem darinnen unvergewaltiget bleibe. Wer
sich in seinem Hause Gewalts wehret / thut solches allein zu sei-
ner Unschuld und Nothwehr. Ampliat *Gloss. Germ. 9. ibid. f.*
463. Dasselbige magstu auch thun / ob dein Herr (Dominus
feudalis) dir die Thor auffstieße / oder dir Haus oder Hoff stür-
men wolte. Fundamentum ponit Glossator in *text. lib. 2.*
Landr. art. 66. Nun vernehmt umb den alten Fried / den die Kays-
serliche Gewalt gegeben und bestätigt hat dem Land zu Sachsen /
mit

mit der guten Leute Willigung und Willfähr des Landes. Als
se Tage und allezeit sollen Fried haben Pfaffen und geistliche
Leute / Mägde / Weiber und Jüden an ihrem Leib und an ihrem
Gut / Kirchen und Kirchhöfe / und jeglich Dorff inwendig seinen
Gräben und Zäunen / Pflügen und Mühlen / und des Königs
Straffen / im Wasser und im Feld / die sollen steten Friede ha-
ben / und alle / die darin oder darauff kommen. add. Weichbild
art. 9. *ibiq. Glos.* & eleganter pro notitia pacis Ecclesiarum
(Kirchweyh-Schutz dicitur) præter ea, quæ cap. II. §. ult.
dixi, WEHNER. BESOLD. SPEIDELIUM voc.
Kirchweyh.

VI. Hic illud tangendum adhuc est, (nam de Jure
Morum pro Pace nostra inferius commodius dicetur)
quod à Cæsare indultam pacem profiteretur Collector.
Famosos autem fecit Saxoniarum Legumlatores Con-
stantinum & Carolum Magnum Imp. in *Proem. Speculi*
fol. 8. Constantiniana tamen in legendo pauca observa-
re sunt aut nulla, præter illud, quod l. 3. art. 63. super e-
mentitâ donatione Constantiniana recensuit, *Constantinus*
Imperator Sylvestro Apostolico & per eum Ecclesie multam 60. soli-
dorum concessit temporalem. &c. Pleraque Carolina esse fin-
guntur, quæ in Speculo continentur, quod propriè vo-
centur das Kaysers-Recht / secundum *Glos. l. 3. art. 81. ad verb.*
und Königs Bann den hielten einige / *ic. add. Glos. l. 1. art. 18.*
Pauca creduntur Ottonum, post l. 3. art. 83. & seqq. Quam
benè vide apud DN. CONRINGIUM, *Decus illud Germani-*
ca Historia, de Orig. Jur. German. c. XIII. & c. XVIII. Planè
illud, quod de Constantino Magno traditur, anile com-
mentum est, judicante CONRINGIO d. c. 13. *add. c. 30. p.*
183. Speculum enim totum EPKO REPKOVIVS 400.
penè post Carolum annis circa confinia Seculi XII. &
XIII. ex receptis moribus & consuetudinibus Gentis
conscripsit, ut ipse canit: Dieses

Dieses Recht hab ich selber nicht erdacht/
Es habens von Alters auff uns bracht
Unsre gute Vorfahren/ &c.

A quibus tantum abest, ut omnia sint Carolina, ut
E P K O ipse scribat *lib. 1. art. 18.* Dreyerley Recht behielten die
Sachsen wider Carolus Willen, *f. 62.* Ut interim præfra-
ctè ita non negemus, dedisse Carolum M. nonnihil juris
Saxonibus, vid. CONRING. *d. c. XIII.* Cujusmodi for-
tè etiam est illud de Pace *l. 2. Landr. art. 66.* quibus conso-
nant non pauca, & in specte circa ferias Ecclesiasticas et-
iam Lex Frisiorum atque Saxonum edita ab Johanne
Basilio HEROLDO *l. 8. & 9. cap. 2.* potissimum si cre-
das, velis, quod Glossa *art. 66. lib. 2.* ait: Dasß der Hauß-
Fried von diesem alten Frieden herkommen ist.

CAPUT IV.

De Materia Pacis Domesticæ.

Materia alia est subjectiva, alia objectiva. Illam hîc
absolvunt generaliter, quotquot in domo aliqua ha-
bitationis causâ commorantur. Ut sunt Patresfamilias
aut Matresfamilias; quin & omnes, qui sunt de familia
ipsorum, qui proximè domestici vocantur & familiares,
l. 195. de V. S. liberi puta, & propinqui: Gener & nurus;
Servi, coloni seu adscriptitii. *arg. l. 9. C. de Prox. Sacr. Scrin.*
lib. XII. Mercenarii etiam & laboratores sunt de familia
Domini, secund. ALEXANDR. *Cons. 178. in pr. lib. VI.* Item
qui vivunt expensis Domini, CARDIN. TUSCHUS
Tom. II. Conclus. Practic. Concl. 590. n. 1. p. 448. & Tom. III.
Concl. 72. lit. D. & F. Et possunt videri post NEPOTEM
de MONTE ALBANO *de Testib. n. 10. & seqq.* Doctores &
Interpretes communiter in *d. l. 195. de V. S. l. 11. §. 1. de pœnis.*
l. fin. pr. C. de V. & R. S. l. 1. D. ad Syllan. & alibi.

C

II. Gau,

II. Gaudent præterea Pace quoq; domesticâ, quos Dominus secum habitare suscepit, conductores puta & qui precario habitant, die Hausleute. Textus est expressus in l. 5. §. 2. de Injur. Itemq; Hospites, cum hospitalis gratia ante omnia debet esse inviolabilis. c. 12. XXXII. qv. 7. add. c. 7. XXIII. q. 3. ibiq; Dd. Landr. l. 3. art. 91. junct. art. 78. ibiq; Glos. Latin. Lit. a. & notabilis Glossa Germanica 12. ibid. fol. 463. Diß laut seltsam / daß ob einer mit dem andern über Land gienge / daß ihn solches zu solcher Treu verbinden soll / daß er sich auch darumb wider seinen Herren setzen und seinen Gesehrten wider ihn verfechten soll. Denn das Recht saget / daß ein Mann seinem Herrn auch mehr und grösser Treu pflichtig sey / als seinem leiblichen Sohn / &c. Sage / Gesehrten oder Wandersgesellen / welche einen langen Weg mit einander zu reisen haben / als die Pilgerim / seynd gar wie Brüder / auch daß sich der Mann in dem Fall wider seinen Herrn setzete / geschicht mehr auß Furcht und Angst / denn umb seines Gesellen willen. Denn so einer siehet / daß man seinen Gesellen freventlich angehet / hat er sich wol zu fürchten / daß es ihm darnach auch also gehen werdet / darumb ist ihm diese Wehre wol erlaubt. allegat. l. Liberam. C. quando lic. unicuiq; sin. Judic. se vind. l. 2. C. ad L. Cornel. de sicar. Et pergit ad eum casum, si Dominus securum faciat Vasallum, quod non sit ipsum aggressurus, proinde ne defendat comitem &c. Qui semel malus semper præsumitur malus.

III. Tandem, ut ad rem revertar, quicumque ad alienas ædes securitatis gratia confugit, contra vim injustam à Domino potest defendi. Wer zu seinen Gnaden fleucht / daß er sich wehre wider unrechte Gewalt. Text. Landr. l. 3. art. 78. Socium in via & hospitem tam activum quàm passivum, item illum, qui ad gratiam alicujus confugit, tenetur quisque pro posse defendere, contra quemlibet violen-

violentiam inferentem, nec ut sic contra fidem agere dicetur suam.

I V. Versatur autem Pax domestica circa domum potissimum, de qua supra tetigi cap. II. Et nunc addendum est: Quæ veniant nomine & jure domus? In quam rem proluxa est lectura JOANN. BERTACHINI in *Repertor.* p. 2. V. domus. f. 157. DOM. CARDIN TUSCH. *Tom. II. Concl.* 618. & 619. lit. D. Ex qua SPEIDELIUS quoque delibasse videtur in *Speculo V. Hauf.* f. 577. Ego breviter animadverto, quod generaliter appellatione domus continetur hortus, stabulum, apotheca, & similia, quæ sunt connexa domui. *Concl.* 619. n. 7. Et sic etiam molendinum & navis quoque. n. 7. 8. & 9. Dubitarunt de domuncula & capanna Veteres; nec otiose penitus, ut forensis possit domunculam comparare, qui non possit domum, juxta ANGELUM in l. 43. §. 1. d. leg. 1. De cætero notum est, quod plus & minus non faciant differre speciem. n. 11. Magis tamen propriè domus appellatione venit ædificium, quod solo, parietibus & recto continetur, l. 23. pr. de *Ufucap.* destinatum propriè pro habitatione, n. 2. d. l. quia non omne ædificium dicitur domus: sed domus dicitur, secundum communem usum loquendi, ordinata ad habitandum, alia verò ædificia assumunt sibi nomen speciale, quia appellantur villæ, si sunt in rure, vel si in civitate, aliquæ sunt tabernæ meritorie, apothecæ, stabularia & similia, quæ non sunt ad habitandum. TUSCH. *Concl.* 618. n. 6. Quo sensu hic quoque significat, ut ad theatra, balnea, vineas aut stationes alias, quæ non sunt deputatæ ad habitandum, non se diffundat Pax domestica. Vid. TUSCH. d. l. *Concl.* 620. *Domus est refugium, ne quis in ea capi possit.* fol. 473. Plenissima est l. 5. §. 3. 4. & seqq. D. de *injur.* Et facit l. 20. de *in jus voc.* quæ ita dicit: *Sed etiam à vi-*

nea & balneo & teatro nemo dubitat in jus vocari licere. Cum non liceret de domo, in l. 18. eod. de qua infra pluribus videndum.

V. Nunc illud incidit, si etiam in ambitu competat? quomodo vocabant Veteres spatium inter vicinorum ædificia relinquendum in latitudinem duos pedes & semissem patens, pro facultate circumeundi, uti post Cujacium explicavit BARNAB. BRISSONIUS *lib. 1. Select. Antiquit. ex Jur. Civil. c. 2.* Quod ex subtilitate Juris Civilis negarem per *l. 19. ibi: Sed si aditum ad se præstet. &c. de in jus voc.* Saxonica Jura pingviora sunt: Kirchen und Kirchhöfe/ und jeglich Dorff inwendig seinen Graben und Zäunen/ Pflüg und Mühlen und des Königs Strassen/ in Wassern und in Feldern/ die sollen steten Fried haben/ und alle / die darin oder darauff kommen. Landr. *lib. 2. art. 66.* Exinde verò manavit Pax nostra, dic *Gloss. Germ. 5. ibid.* Ich sage dir aber/ daß der Hauß-Fried von diesem alten Frieden herkommen ist/ als hie steht. *f. 311.*

VI. Cæterum pro domo tuenda parum interest, propria sit, an aliena. Domum enim accipere debemus non proprietatem domus, sed domicilium, consentit *l. 1. §. 2. de Aleator.* Quare sive in propria domu quis habitaverit, sive in conducta, vel gratis, sive hospitio receptus, hæc lex (puta Cornelia) locum habebit, dic. ULPIANO in *l. 5. §. 2. de Injur.* Ein Mieter geneußt auch dieses Friedes in seinen gemieteten vier Pfälen. *Gloss. Germ. 5. l. 2. art. 66. add. JOH. SCHNEIDEW. ad §. 8. 1. de Injur. n. 9. f. 1074. & in simili JODOC. DAMHOUDER. Prax. Rer. Crim. c. 13. n. 5. ut conscripior ubique securitas in personis rebus, atque facultatibus habitantium. arg. l. 4. C. ad L. Cornel. de Sicar. l. 1. C. unde vi.*

CAP. V.

CAPUT V.

De Forma & Modo, tum de Fine P. D.

Forma omnis est in Securitate adversus vim sive injuriam extraneorum omnium. In qua eadem finis est internus Pacis nostræ, secundum quod coincidunt plerumque utraque. Violatur autem securitas, quoties periculum infertur sive corpori sive rebus Domini aut habitantium. *arg. l. 9. in fin. ubi Dd. ad L. Cornel. de Sicar.* Quod ipsum licet à se propulsare in terminis justæ defensionis repetendis huc ex Criminalistis. Illud saltem addo, quod monuit in simili Glossator *lib. 2. Landr. art. 66. n. 4.* Darauß aber ist nicht zu gedencken / daß in den Kirchen (Häusern) alleine Friede seyn soll / sondern daß in Häusern mehr Friedes / als an andern Enden soll gehalten werden. Jus Lubecense hanc domus securitatem severâ sanctione munivit *lib. IV. tit. 8. artic. 5. capitis poena constituta in illum, qui violenter ædes alienas ingressus, ibidem aliquem inhabitantium aut commorantium verberibus affecit, ita habent verba: Wenn einer vorsächlich mit seinen Helffern und Helffers-Helffern in eines Bürgers Haus siele / und schläge den Wirth und sein Weib / Gesinde / Inwohner oder Gast / und wird betroffen / der soll an seinem freyen Högsten gestraffet werden / mit allen den jenigen / die damit und neben ihm gewesen. 26.*

II. Quicquid autem per vim fit, aut in vis publicæ vel privatæ crimen incidit, juxta *l. 152. de R. J.* Utramque accuratè definit Cujacius in *C. ad L. Jul. de vi. add. HENR. ZOE S. in D. b. t. n. 1.* In præsens dum sequimur Imperatorem in *§. 6. I. de Interdict.* ut vis privata sine armis, publica cum illis committatur, (in quo aliàs exemplum magis est quàm rei definitio) addit Saxo: Als daß

einer dadurch sein Leib und Gut verlieren mag. l. 3. Landr. art. 78. gloss. 9. Tum utraque in Pacem nostram incidit. Quæ prætereâ compescit injuriam, realem, verbalem in domo alterius, e. gr. Thür auffbrechen/ Fenster einschlagen/ &c. præfertim in extraneis; quales sunt, qui non sunt de domo, familiâ aut numero cohabitantium. Vid. MARIUM NIZOLIUM in *Diction. Ciceron. f. 690.*

III. Exemplum est famosum in l. 18. de in jus voc. ubi, qui de domo sua aliquem in jus vocaret, vim inferre videtur, etiam si juris experiundi causâ hoc factum esset. Et quidem antiquitus vocare in jus nihil aliud erat, quàm debitori denunciare, ut ambularet in jus & ad Præto-rem; Qui, si de sistendo in certum diem promitteret & fatisdaret, dimittendus erat, sin nec sequeretur, nec fatisdaret, etiam invitus & obtorto collo duci, imò rapi poterat; An hoc simpliciter licitum fuerit & in quosvis? de eo videatur BACHOVIVS *Comm. in prim. part. Digest. lib. 2. tit. 4. p. 450.* ubi istam raptionem violentam non fuisse passim licitam, imò nec per in jus vocationem ejusmodi raptionem intelligi, probat ex d. l. 18. tum quia is, qui aliquem ex ædibus suis rapit, vim inferre non videatur, sed manifestè & atrocem injuriam inferat, tum etiam, quia vocare in jus & extrahi de domo sua evidenter inter se opponantur in l. 21. de in jus voc. In l. autem 18. etiam, qui latitantem in ædibus suis investigat, & inde eum in jus vocat, vim facere videtur, cum juxta l. 19. de in jus vocand. aliis remediis, v. g. missione in possessionem sibi prospectum sit. Quæ tamen omnia procedunt, si in eo statu res sit, ut actor, quod suum est, consequi possit, quod si in hoc remora fiat, tum dogma illud: *Neminem de domo extrahi debere*, fallit in plurimis casibus: Et, quidem (1) in debitore suspecto de fuga, qui è domo extrahi

trahi potest, etiam die festo ac solenni, secund. *Gloss. in l. fin. C. de fer.* (2) Potest etiam quis ob æs alienum in domo sua comprehendi, *l. 9. in fin. ad L. Jul. pecul.* & (3) si quis pecuniam debitam à fugiente debitore sine autoritate Judicis occupet, non punitur. *Gloss. in verb. ullam. l. 13. quod met. causâ.* Plures fallentias habet JASON *ad d. l. 14. de in. jus voc.* Planè in Criminalibus indistinctè quis de domo etiam invitus extrahi potest. Vid. MYNSING. *Cent. 4. Observ. 69.* PETRUS FABER *ad l. 103. de R. J.* CAGNOL. *ibid.* ubi proponit hanc quæstionem: *An cum licentia Judicis possit quis impunè ingredi alterius domum, gratia perquirendi rem suam, quam ibidem esse conjectat & opinatur?* Et Dist: inter res animatas & inanimatas: Res animatæ, quæ dolum committere fugiendo possunt, prout servus & uxor, indistinctè, Judice admittente, in aliena domo perquiri possunt. *l. 2. C. de Serv. fugit. l. 1. l. 3. D. eod.* Secus est in rebus inanimatis, etiam furto subtractis, ne in divitibus rei familiaris pompa propter invidiam detegatur, in pauperibus ne vilitas paupertatis manifestetur, nisi aliqua præsumptio Judicem ad sic faciendum moverit.

IV. Quâ occasione noto aliud Practicum Juris Romani, super requisitione rei furtivæ, quam ex Festo descripsit BACHOVIVS *Comment. ad §. 4. l. de Obl. quæ ex del. nasc.* tum ad *Treutl. vol. 2. Disp. 30. tb. 2. lit. A.* prolixius proposuerat. Nempe moris fuit, ut arguente Domino, cui furtum factum erat, per lancem & licium conciperetur apud Dominum ædium res furtivas ad se delatas negantem; Simplici autem licio cinctus introibat pervestigator vitandæ calumniæ causâ. Tum lancem ante oculos jactabat propè nudus, propter virginum aut matrum familias præsentiam. Hæc latius & accuratius Bachovius pro formanda prima ætate requisitionis nostræ. In
secunda

secunda, requisitiones furtorum cum lance & licio abrogatæ sunt, ut non fierent amplius secundum veterem observationem, sed adhibitis testibus, uti notat ARNOLDUS VINNIUS *ad d. §. 4.* Qui & ipsi tandem mutati sunt in Executores Justitiæ, ut fiat hodièq; inquisitio rei furtivæ in ædibus alienis duobus concurrentibus: (1) Si adsint indicia non levia, ex quibus colligi possit, rem in aliqujus ædes delatam esse. (2) Si Magistratus autoritate fiat, qui solet desuper implorari ab actore deducente, suum interesse. Vid. TREUTL. *d. vol. 2. Diss. 30. lit. A.* ibiq; BACHOV. *fol. 2068.* SCHNEIDEWIN. *ad d. §. 4. l. de Obl. quæ ex del. nasc.* ROER. *Decis. 174.* ALCIAT. *Conf. 462.* quibus add. plura ex BESOLDO & SPEIDELIO *V. Haussuchen.* Et tradidit multa erudita super his JOH. CHRISTOPH. LIPOLD. *Disc. Jurid. de persecut. domestica, vom Haussuchungs-Recht/ Martisburgi Anno 1673.*

V. Ex quo autem dixi de extraneorum violentia turbativa, planum fit, quòd Dominus ædium non committat in P. D. etiamsi atrocius versetur inter suos. *arg. §. 2. l. de his, qui sui vel al. jur. & facit l. un. C. de Emend. servor.* ubi dicitur: Non puniri Dominum percutientem servum suum, etiamsi ex percussione mortuus fuerit: nisi occidendi animo hoc fecerit, ut emendatio moderata sine crimine fiat. Quam eandem correctionis medicinam adversum propinquos vocat *l. un. C. de emendat. propinqu.* ubi summat BARTOLUS, quòd parentibus & consanguineis antiquioribus liceat corrigere Juvenes, & eos corrigendo percutere, dum tamen moderatè nec cum atrocitate faciant. Definit prætereà juvenem, qui possit corrigi ante ætatem X. annorum; nisi legendum sit XXX. ob alleg. *l. 69. §. 1. d. leg. 3. vel XXV.* propter *l. 1. D. de Minor.* quæ etiam utitur. Quamvis & hoc satis durum. Illud

Illud indubitatum, quod Paterfamilias in domo sua regnum teneat, unde dicitur familiae suae Princeps ipsi ULPIANO in fragm. Tit. V. de his, qui sui juris sunt. Add. sis ARISTOT. 1. Pol. 2. & 3. COLER. de Process. Execut. p. 2. c. 3. n. 324. An autem idem illud ad Conductorem se extendat, ut nec in illo pacem frangat Locator Dominus? Puto verisimiliter quod sic. Si quando enim in una domo cohabitant uterque, cessat omnis dubitandi ratio. Et cum famuli dicantur habitare, ubi habitat Dominus, neque in famulos Coloni committitur à Domino. Quinimo generaliter observat HYPPOLITUS BONACOSSA Tr. de Serv. & Familiis qv. 177. f. 97. n. 1. quod liceat Domino verberibus afficere servum sui Coloni in correctionem; ut famulus mei Coloni, damnum dans in fundo meo, tanquam famulus & mercenarius per me Dominum castigari possit, in quod allegat CALEPHA. post Consil. crimin. decis. 4.

VI. Vice etiam versâ neque inter liberos, neque inter servos hinc inde committitur, per l. 4. de Judic. §. 4. l. de inutil. Stipul. Et tradit de servis l. 11. §. 1. de poen. ubi vid. BRUNNEMANN. n. 2. prætereâ SCHNEIDEWIN. ad §. 12. l. de Obl. quæ ex del. nasc. n. 5. Sed an à Conductore, qui cohabitatur cum Domino ædium, adversus tertium ingredientem non committatur, wenn die Haus-Burs einen andern / so in seines Hospitis Haus in die Collegia gehet / oder sonst / von einiger prætension halben unverwarter Sachen ansât und prügele / oder den Haus-Frieden breche / de eo cogitandum? Equidem novi nonnemi relegationem ob eam causam dictatam; Et in genere tentari posse puto: Dominum adversus Conductorem frui pace domestica. Si hoc, etiam quilibet, qui ad ejus ædes confugit contra vim injustam, aut aliâ honestâ ex causa ingreditur.

D

Jus

Jus Lubecense ab hac Pace domestica exceptit Cauponas & Tabernas publicas, in quibus vinum vel cerevisia potantibus publicè venundatur. Quicquid injuriæ Hospiti aut aliis ibidem inferitur, non habetur pro violatione Securitatæ domesticæ, nisi illatum sit in iis domicilii locis, quæ à potantium aditu haberi solent secreta. *d. art. 5. lib. IV. tit. 8. verb.* In offenen Krügen aber / ob sich wol Schläge mit dem Birthe / seinem Weibe / Gesinde und liebendem Gaste zutragen / so ist doch daran kein Haus-Friede verbrochen / es wäre dann / daß es geschehe in seiner Stuben / Schlafkammer oder Bette / 26. Rationem hujus sanctionis conjicit Cl. MEVIUS in *Comment. ad b. Artic. n. 16. p. 76* Odiosam peccatis humanis in luxu ministrantium professionem, ut qui peccandi occasiones pro lucris suis præberent, sicut conqueri non possunt de perperam inter perversa actis, ita etiam illatas sibi injurias leviùs vindicarent.

CAPUT VI.

De Remediis Pacis Domesticæ.

ORDINARIUM Remedium Securitatæ domesticæ est injure prohibendi, ne quis ingrediatur alienum fundum. *§. 12. l. de R. D. l. 13. §. ult. l. 23. de Injur.* Quod innititur credo illi principio de Regno domestico. Quod efficit, ut, cum alioquin par in parem non habeat imperium, in hoc actu Dominus videatur adversum invasorem impar quoad actum prohibendi, uti eleganter tradit QUINTILIANUS MANDOSIUS *tract. de Inhibitionibus qu. 4. n. 5. pag. 10.* Præterea si quis ingredi minetur saltem, si solebat minas suas exequi cum periculo damni, e. g. Er wolte ihm einen rothen Hanen auff's Dach sehen / adigi potest per Judicem ad præstandam cautionem sive fidejussoribus,

bus, sive pignoribus, aut si pars velit, etiam juramentum de non offendendo. *arg. l. 6. C. de bis, qui ad Eccles. confug. add. WURMSER. Obs. 24. FARINAC. p. 3. quest. crimin. 107. n. 63. JUL. CLAR. §. fin. q. 47. n. 1. & 8. BOCER. Tract. de diffidat. c. 4. n. 12. CARPZ. Pr. crim. p. 1. qv. 37. n. 93.*

II. Jam ingressus ut egrediatur rursus juberi potest, ut rectè inferit BACHOVIVS *ad §. 12. l. de R. D. n. 2. p. 254. oder muß gewarten/ daß ihm gar der Weg gewiesen werde* dic: LIPOLD. *d. Tract. c. 2. p. 5.* ut adversus inuasorem competat justissima defensio pro tuenda pace, & in eam tum corpore tum rebus nostris conservandis; Quod hic denuò discere possumus ex jure furis nocturni, quem deprehensum Lex XII. Tab. occidere permittit, vid. MACROB. *1. Saturnal. c. 6. In l. 9. D. ad L. Cornel. de Sicar.* Fur nocturnus itidem impunè occiditur, si is, cui furtum faciebat, ei parcere sine vitæ periculo non potuit; Interdium verò seu diurnum ita demùm impunè occidere licet, si se telo defendat, ne apprehendatur. *l. 54. §. 2. de furt. l. 4. §. 1. ad L. Aquil.* Rationem differentiae addit CUJACIUS *lib. 19. Observ. 12.* quod difficilius sit cavere sibi à nocturno, quàm à diurno fure, add. BACHOV. *ad Treutl. vol. 2. disp. 30. tb. 2. lit. B.* Est & Constitutio Legis divinæ, ut fur sive effractor nocturnus impunè occidatur, non etiam diurnus, *Exod. 22. v. 2.* Idem reperitur Jure Canonico sancitum in *cap. 3. X. de Homicid.* An autem furem, quem interdium furantem cognoscere nequeo, propter loci scilicet obscuritatem, occidere possim, perinde ac nocturnum? Ita tenet BARTOL. *ad d. l. 9. ad L. Cornel. de Sicar.* Verùm contrarium puto verius cum Cl. Dn. BRANDMYLLERO, Præceptore olim meo æstumarissimo, nunc multis nominibus prosequendo, in *Manuduct. ad Jus Canon. & Civil. lit. F. Differ. Fur nocturnus. p. m. 116.* Ulterius: Quisnam hanc

juris occidenōi potestatem à lege acceperit, utrum solus rei furtivæ Dominus, an verò etiam alii? Resp. cum Dn. RITTERSHUSIO *Comment. ad LL. XII. Tabb. Class. 3. part. 2. cap. 30. in fin.* Illud Jus etiam cuilibet rei furtivæ possessori, cujus sc. interest ex honesta causa, rem furto non surripi, competere; Non verò in universum cuivis extraneo, cujus nihil interest.

III. Adversus ingressum cum injuria Domini nascitur etiam actio injuriarum, *arg. l. 23. de Injur. & plerumque ex L. Corneliâ l. 5. de Injur. & §. 8. I. eod.* quæ origine suâ criminalis est, postea tamen receptum, ut ex ea lege civiliter quoque agi possit. *l. 37. §. 1. de Injur. VINNIUS ad §. 4. I. de Injur. n. 1.* Publicum tamen judicium non est, quia nec inter publica judicia vel in *l. 1. de publ. Judic. vel in Tit. ult. I. eod.* recensetur; deinde etiam in *l. 42. §. 1. de Procurat.* hæc actio L. Corneliæ expressè privata esse dicitur, & in *l. 37. §. 1. de Injur.* JCrus Marcianus dilucidè respondit: Etiam ex L. Cornelia injuriarum actio civiliter moveri potest, condemnatione æstimatione Judicis faciendâ, ne dicam, quod & generaliter traditum in *l. 7. C. de Injur.* Injuriarum causam non publici judicii, sed privati querelam continere. Non obst. *l. 12. §. fin. de Accusat.* ubi inter publica judicia L. Cornelia numeratur. Etenim id fit incidenter tantùm, non quòd reverà & propriè publicum sit judicium. Siquidem aliquid cum publicis judiciis commune habet, nimirum quod pro publica utilitate exercetur; cùm nihilo tamen minùs privatum sit judicium. *d. l. 42. §. 1. HARPRECHT. ad §. 7. & 8. I. de Injur. n. 12.* Porro actio hæc est directâ, quia est ex verbis legis, quæ Cornelio Consule lata. Est in personam, ex delicto contumendi & contumeliâ afficiendi proximum, unde bonum & æquum est, actionem eo nomine dari, secundum *l. 11. §. 1. de Injur.*

de Injur. Mixta est in relatione ad finem, quo persequitur rem & poenam; Poenalis tamen est principaliter, quia non rem, sed poenam continet. De omni namq; injuriâ potest agi vel civiliter vel criminaliter: Utroque tamen modo ad vindictam. *l. 2. §. 4. de Collat.* JOANN. OLDENDORP. *Class. 7. act. 10. n. 5. p. 697.* Censetur etiam in Sim- plum juxta *l. 37. §. 1. de Injur.* veruntamen ratio quoque damni habenda est minus principaliter, *l. 8. C. eod.* Et est Annalis, utut Civilis, per *l. 5. C. de Injur.* quæ speciali- ter loquitur in actione injuriarum: Ergò derogat Regu- læ generali, quæ dicit: Actiones esse perpetuas, quæ de- scendunt ex lege. Annus autem hic computandus con- tinuus, nisi ubi facta injuria est per metum, tum enim re- quiritur utilis annus ad abolendam injuriam. *l. 14. §. 2. quod metus causâ.* Item Heredi non datur hæc actio, nec in heredem, nisi lite contestatâ, quia ad solam vindictam est prodita. *§. 1. I. de perpet. & tempor. Act. l. 13. pr. de Injur.* Deni- que famosa est. *§. 2. I. de poen. tem. litig.* Vid. plura de hac actione ap. JOANN. CRISPUM de MONTIBUS in *Termin. Action. sub num. 172. p. m. 372.* AZON. in *Summ C. de Injur. n. 17.*

IV. Incidit etiam crimen fractæ Pacis *der Haus- Fried-Bruch* in *L. JUL. de vi.* Sæpius enim accidit, ut quis hostili animo quid mali adversus ædes alicujus privati, violando earundem Securitatem, moliatur, veluti in æ- des irruendo rapiendi aut nocendi animo, aliosve, ut id faciant, excitando & alliciendo; Hic licet vim majorem non adhibeat, nec pro reo criminis fractæ Pacis publicæ, aliusve delicti haberi debeat, nihilominus tamen vim fa- cit, vel publicam, *l. 3. §. 6. l. 11. pr. ad L. Jul. de vi publ. vel privatam, l. 2. l. 5. ad L. Jul. de vi privat.* adeòq; poenam Ju- dicis arbitrariam incurrit, vid. CARPZOV. *Pr. Crim. qu. 40. n. 11. seqq.* ibiq; præjudicata, tum in *Jurispr. forens. p. 4. Con-*

tit. 13. def. 4. ubi responsum Scabinorum Lipsiensium re-
fert h. m. Hat ein Bürger einen andern Bürger seine Thor
an seiner Thür und Hoff gewaltiglich zutreten und zustossen
und also den Hauß-Fried gebrochen / und dazu keine andere Uhrs
sach gehabt / denn daß ihn ein Knabe daselbst im Hofe unverse
hens ein wenig mit Mist-Pfüßen besprenget: So möget ihr
nach Gestalt der Sachen ihn der Stadt auff zehen Jahr ver
weisen lassen / **B. R. W.**

V. Regulariter itaque violatores Securitatis ædium
arbitrariè saltem puniuntur. Sed hoc ita, si vis publica
non incidat in crimen fractæ Pacis; Si enim qui, vi ma
jore atque armata, cui resisti haud potest, *l. 1. t. 3. de vi & vi*
arm. l. 2. & l. seq. quod met. causâ. coactis item ac coadunatis
hominibus, l. 2. pr. & §. 4. vi honor. rapt. & dolo malo sive
proposito ac destinata voluntate offendendi, præceden
te consilio dataq; operâ, l. 2. §. 2. vi honor. rapt. in alterius æ
des irrumpant, easq; expugnent, effringant, tecta se
desq; convellant, & obvia quæque auferant, committi
tur tum crimen fractæ pacis publicæ, & adversus hosce,
turbatores ædium tutò decernitur pœna gladii, in reos
fractæ pacis publicæ statuta 2. F. 27. R. I. de Anno 1555. §.
Wir sehen/ ordnen. vers. Wo sie in Gefängniß kommen. Ordin.
Crimin. art. 128. & 129. Nonnunquam etiam, si spolium &
deprædatio accesserit, pœna Robbariæ in violatores &
expugnatores ædium animadverti posse, docet egregiè
CARPZOV. Jurispr. for. d. Const. def. 7. per tot.

VI. Moribus nostris itidem vel civiliter vel crimi
naliter agi potest. Et si civiliter non possunt quidem in
Libello cumulari petitiones, propter *l. un. C. quand. civil.*
act. crimin. prejud. l. 14. ubi Dd. de Accusat. sed Judicis adhuc
est commissum ex officio vindicare, doc. COLERO p. 1.
decis. 155. n. 21. ubi tradit pœnam der Hauß-Friedbrecher / n. 24.
& seqq.

& seqq. Plenius de ea SCHULZ. ad §. 9. l. de Injur. p. 532. No-
 stris moribus, ait, is, qui domum alterius vi introivisse,
 convincitur, tanquam violator pacis privatæ s. domesti-
 cæ, alsß ein Haus-Friedbrecher / pro arbitrio Judicis exilio
 temporali, vel perpetuo; etiam cum fustigatione puni-
 tur, referente COLERO decis. 155. n. 24. Quod si verò non
 solum domum vi introiverit, sed patrem vel matrem fa-
 milias etiam pulsaverit vel vulneraverit, tum capite ple-
 ctitur, teste Dn. MOLLER. Comm. ad Constit. Saxon. p. 4. con-
 stit. 46. n. 5. Quod verum est, si criminaliter agatur, secus,
 si civiliter: quo casu alia pœna pecuniaria, aut alia arbi-
 traria infligitur. In foro Saxonico singuli invasores pu-
 niuntur saltem in singulis Wergeldis, & emendatur istud
 delictum Judici cum 60. solidis. Vid. Landr. lib. 3. art. 48.
 & seqq. Sed hodiè non observatur. Hæc SCHULZ. d. l.
 cum quo libet etiam hanc præsentem Disserta-
 tionem secundis ventis finire.

MONO TΩ ΘΕΩ ΔΟΞΑ


NOTABILIA.

1. **S**I cujus in domo alea lusum est, licet vapulaverit Dominus, de
 Pace domestica judicium non nascitur, sicut nec ullum aliud
 etiam. l. 1. de Aleat.
2. In domo feudali malè versatur, qui ludum, vel mulieres inhonestas
 in ea retinet, vel etiam ad turpem & inhonestum usum eam locat.
 Vid. PARIS de PUTEO Tractat. de Redintegr. Feud. c. 105. n. 7.
3. Domus mercatorum sunt exemptæ ab hospitando milites. Ratio-
 nem addit l. 2. c. de Metat. quia Ergasteria mercatorum sunt oc-
 cupata à mercimoniis. Quod tamen hodiè non obtinet.
4. Doctori salariato, quando datur domus à communi, non debet dari
 in loco remoto, sed in celebri, quò facilius consuli possit. l. 2. §.
 67. de o. 3. ibiq. BALDUS. §. Stu-

5. Studiosi, qui in aliquo loco studiorum suorum causâ morantur, domicilium ibi non habent, etiamsi diutissimè in isto loco vitam transigant.
6. Divisio Jurisdictionis in ordinariam & extraordinariam legibus civilibus fundata non est.
7. Distinctio Procuratoris generalis cum libera vel sine, Doctorum est & Canonum, non Juris Civilis.
8. Nomine Emphyteuseos non datur Condictio ex lege.
9. Distinctio Domini directi & utilis non est Juris Civilis.
10. Clandestina Sponsalia Jure Civili ignota sunt; Voluntas tacita Patris quidem est in *l. 7. §. 1. l. 12. pr. de sponsal.*
11. Ei, qui ob facultatum tenuitatem non invenit uxorem, consulit ANGELUS, ut Chirographum magni momenti sibi componi curet, cum cautione debitoris, idq; quasi in nominibus tantum habeat, virgini ostendat. *Verùm cautela hæc cum studiorum fine, quæ est hominum utilitas, ex justo ac honesto estimanda, baud consentire videtur.*
12. Injuriarum non agunt testes malè reprobati. BALD. & JASON in *l. fin. D. quod quisque fur. in alt. stat. GLOSS. in verb. utilitas. l. 6. §. 1. C. de postul. add. MASUER. in Pract. Forens. Tit. de Injur. n. ii. p. 78.*








ULB Halle 3
002 265 036



(f)

Sb.

WONA







B.I.G.

Farbkarte #13

INAUGURALIS
De
1674, 4a
AA
omestica,

VAM
M. A.
te Magnifici & Amplissimi
lyta Academia Gryphica,
S I D E
O, CONSULTISSIMO
LLENTISSIMO
D GERDESIO,
Codicis Profefs. Ordinario,
meraniam Assessore Gra-
Juridicæ h. t. DECANO
FABILI,
e suo omni observantiæ
colendo,
CENTIA
e Jure Honores, Insi-
oralia ritè consequendi,
i & censura submittit
PHUS HOELTICH,
Lauenb.
horis locoq; solitis.

SWALDIÆ
Acad, Reg. Typogr, Anno 1674

